

Alte Drucke

**CATECHESIS || DAVIDIS || CHYTRÆI || RECENS RECOGNITA,
ET || MVLTI DEFINITIONI-||BVS AVCTA.||**

Chyträus, David

Magdeburg, 1571

VD16 ZV 27938

TERTIVS LOCVS. DE LEGE DEI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148322

placentes, prestare, nec quidquam aliud quam peccare possunt, nisi per gratiam Christi fuerint liberati.

LIBERVM ARBITRIVM in renatis ex aqua & spiritu, est facultas, qua mens & uoluntas per Filium Dei à seruitute peccati liberata, & adiuta per Spiritum sanctum, suo etiam conatu & diligentia, non modo externos mores honeste regere, & externa scelera uitare, uerum etiam interiores & spirituales animi motus, ut ueram agnitionem Dei, inuocationem, patientiam, &c. exuscitare, fouere & augere, & uiciosis inclinationibus resistere uel indulgere, & rursum à DEO deificari potest.

TERTIVS LOCVS.

DE LEGE DEI.

Quid est Lex Dei?

LEX DEI est doctrina, quam Deus in Creatione hominibus indidit, & postea in monte Sina & alibi repetiuit, præcipiens quales nos esse, quæ facere, quæ omittere oporteat, Et promittens bona præstantibus perfectam obedientiam, &

D 2

osten-

¶ *propter* *quod* *est* *fall.* *propter* *quod* *non* *est* *de* *humano* *in* *legi*
mentum *non* *sunt* *utrum* *non* *sunt* *utrum* *unde* *tantum* *ut* *legis* *legis* *non* *ut*
legis *et* *data* *humano* *et* *ph* *in* *humano* *Non* *propter* *humano* *legis* *non*
 Ergo *lex* *non* *est* *humano* *propter* *DE* *LEGES* *humano* *legis* *quia* *de*
 # *corrupta* *natura* *ac* *arguens* *peccatum* *in* *hac* *et*
corrupta *natura* *&* *denuncians* *iram* *Dei*
& *eternas* *pœnas* *omnibus* *peccato* *pol-*
luti.
 Summa *autem* *Legis* *Dei* *sunt* *DE*

Summa autem Legis Dei sunt DECem PRÆCEPTA, ut à Prophetis, Christo, & Apostolis explicata sunt.

ALIA ET ILLVSTRIOR LEGIS

Definitio proximis annis à Phi-
lippo tradita est.

LEX DEI est aeterna & immota sapientia & regula Iusticiæ in Deo, discernens recta & non recta, & horribiliter irascens omni dissimilitudini & contumaciæ, quæ repugnat huic normæ in ipso, & est patefacta hominibus in creatione, & postea sæpe repetita est & declarata voce diuina, vt sciamus, quòd sit Deus, & qualis sit, obligans omnes creaturas rationales, & postulans, vt omnes sint conformes ipsi, & damnans ac destruens omnes non conformes, nisi fiat remissio & reconciliatio propter Filium Mediatorem.

Quid est Euangelion?

EVAN=

EVANGELION est promissio de
CHRISTO, seu doctrina non natura no-
ta, sed ex arcano consilio Diuinitatis per
Filium prolata, in qua Deus immensa mi-
sericordia, propter Christum Filium suum
GRATIS promittit remissionem pecca-
torum, iusticiam Spiritum sanctum, & vi-
tam æternam, omnibus agentibus pœni-
tentiam, & fide hæc promissa bona am-
plectentibus.

SVMMA AVTEM EVANGE-
lij est hoc dictum Christi.

Sic Deus dilexit Mundum, vt Filium
suum vnigenitum daret, vt omnis, qui
credit in eum, non pereat, sed habeat vi-
tam æternam.

Vel Rom. 3. Iustificamur gratis, Dei
Gratia, per Redemptionem in Christo Je-
su, quem proposuit Deus propiciatorium
per fidem nitentem sanguine eius, &c.

QVOD EST DISCRIMEN

Legis & Euangelij:

Tria sunt præcipua & illustria discrimi-
mina.

Primum, Lex est natura nota, vtpote
instita mentibus humanis in prima crea-

D 3

tionem,

tione, quæ etiam post lapsum non prorsus extincta est. Rom. 1. & 2.

Euangelium non est natura notum, sed à Filio Dei reuelatum est. Iohan. 1. Ephes. 1. 3. Rom 16. Gen. 3.

Secundum. A Promissionibus. Lex promittit iusticiam & vitam, sed cum conditione perfectæ obedientiæ. Rom. 10. Qui fecerit hæc, viuet in eis.

Euangelion verò promittit Remissionem peccatorum, Iusticiam & Vitam æternam, GRATIS, propter solum Christum, non propter nostram obedientiam erga Legem. Roman. 3. 4. 10.

Tertium ab effectibus: Lex neminem iustificat, neminem liberat à peccato, neminem saluat, sed tantum accusat, monstrat & auget peccatum, & damnat omnes homines propter peccatum. Deut. 27. 28. Maledictus omnis, &c. Rom. 3. 4. 5. 8. Galat. 3. 1. Corint. 15. &c.

Euangelion verò est potentia Dei ad salutem omni credenti, & Gratis, propter Christum donat credentibus remissionem peccatorum, iusticiam & vitam æternam, Rom. 1.

Hec doctrina de discrimine Legis & Euangelij, lumen est in uniuerſa Eccleſiæ doctrina maxime neceſſarium ad ueram agnitionem Dei & beneficiorum Chriſti, ad ueram inuocationem Dei, ad fidem, ad ueros cultus Deo præſtandos, ad ueram conſolationem animorum & æternam ſalutem. Et eſt uelut norma ac Regula omnes controuerſias de iuſtificatione & alijs grauiſſimis articulis præcipue gubernans ac diiudicans. Ideo diligentiffime in his peſtorum penetralibus hæc doctrina de discrimine Legis & Euangelij inſigenda eſt, cui tantum tribuit Lutherus, ut ſcripſerit, eum perfectum Theologum eſſe, qui in docendo & in doloribus conſcientiæ, Legem ab Euangelio accurate diſcernere poſſit.

Extructa ſunt autem hæc discrimina ex diſtis, quæ extant, Iohan. 1. Lex per Moſen data eſt, Gratia & Veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Deum nemo uidit unquam, Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit.

Rom. 3. Nunc ſine Lege iuſticia Dei manifeſtata eſt, teſtificata per Legem & Prophetas, iuſticia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti, in omnes, & ſuper omnes, qui credunt, &c. Lege totam illam partem capituli tertij.

Rom. 4. Si ex Lege eſt hereditas, aboletur promiſſio. Lex enim iram operatur. Ideo ex fide, gratis, ut firma ſit promiſſio, &c.

Rom. 8. Cum impossibile esset Legi iustificare, eo quod non seruabatur à carne, misit Deus Filium suum in similitudine carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iusticia Legis imple-
retur in nobis.

Roman. 10. Moses describit iusticiam Legis, quod, qui fecerit eam homo, uiaturus sit per eam. Ceterum quæ ex fide est iusticia, sic loquitur, &c.

Galat. 3. Totum caput & præcipuè hæc sententia: Si ex Lege est hereditas, non iam est ex promissione, atqui Abraham per promissionem donauit Deus. Quid igitur Lex, &c.

Ephes. 3. Euangelium absconlitum est à sæculis in Deo, qui omnia condidit per Iesum Christum, per quem audemus accedere cum fiducia per fidem illius.

Philip. 3. Omnia habeo pro damno, ut Christum lucrificiam, utq; reperiar in illo non habens meam iusticiam ex lege, sed eam, quæ per fidem est Christi, &c. Gen. 12. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Non dicit in seminibus tanquam in multis, sed tanquam in uno, & in semine tuo, qui est Christus. At maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis. Galat. 3.

Ieremie 31. Ecce dies uenient, dicit Dominus, & feriam cum domo Israel fœdus nouum, &c. Confer Epistolæ ad Ebræos, caput octauum & nonum, &c.

Hæc testimonia quæ recitauimus, fundamentum continent

tinent doctrinæ de discrimine Legis & Euangelij.
Ideo ab auditoribus diligentissime consideranda &
euoluenda sunt.

QVOD EST DISCRIMEN Veteris & Noui Testamenti?

Idem fere quod Legis & Euangelij.

Quid est Nouum Testa-
mentum?

NOVVM TESTAMENTVM plane idem est quod Euangelion, hoc est, promissio remissionis peccatorum, grætiæ Dei, Spiritus sancti & æternæ salutis, propter Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, gratis credentibus donandæ. Matth. 26. Galat. 3. Ebr. 9. 2.

Cor. 3.

hic sanguis nouum testum intum ē, in meo sanguine.

Quid est Verus Testa-
mentum?

VETVS TESTAMENTVM proprie est promulgatio legis Mosaicæ, & promissio terræ Canaan, & certæ politiæ ac defensionis, à Deo facta Israëlitis seruantibus legem: cui ceremonias & sacrificia Deus adiunxit, vt essent Typi personæ, sacrificij & beneficiorum Christi,

D 5

propter

propter quem solum credentes omnibus
temporibus remissionem peccatorum &
æternam salutem consecuti sunt.

QVOD EST DISCRIMEN SPI- ritus & Literæ?

Rom. 2. Circumcisio creditur in Spiritu nō in Litera
7. Ut Spiritus noster

SPIRITVS significat Christum ip-
sum, seu Spiritum Christi sanctum qui per
ministerium Euangelij lucem verā agni-
tionis Dei, veram consolationem, iustici-
am & vitam in cordibus accendit.

2. Cor. 13.
Littera occidit, Spiritus vivificat.

LITERA significat Legem Mosaicam
litteris scriptam in tabulis lapideis, & om-
nem obedientiam seu conatum faciendi
opera Legis ceremonialia vel moralia,
sine Spiritu sancto, seu sine vera in Chri-
stum fide per Spiritum sanctum accensæ.

Quot sunt partes Legis Mo-
saicæ? Tres sunt.

1. Decalogus seu Lex Moralis & æter-
na, quam paulo ante definiuimus.
2. Leges Ceremoniales seu Ecclesi-
astica.
3. Leges forenses seu Iudiciales.

Recita

RECITA CAVSAS LE-
gis Moralis:

Causa efficiens est immediate ipse Deus, qui hanc normam suæ sapientiæ & iusticiæ omnium hominum mentibus in prima creatione iniecit, & postea voce sua in monte Sina & alibi illustrauit.

Materia in qua est, primum ipsa Mens Dei, in qua perfecte lucet hæc sapientia & iusticia in Lege expressa, cuius radij in mentes humanas postea deriuati sunt.

Materia circa quam, est conformitas ac obedientia, & dissimilitudo seu contumacia totius naturæ rationalis, quæ cum hac norma mentis diuinæ, in lege expressa, perfecte congruere debet.

Forma est æterna & immota norma Iusticiæ in Deo, obligans omnes vel ad obedientiam perfectam vel ad æternas pœnas.

Fines sunt.

Primus, Vt doceat, quod sit Deus & qualis sit.

Secundus, Vt hominum natura cum hac norma congruat.

Ter-

Tertius, Vt monstret, accuset, & æternis pœnis damnet omne peccatum, non congruens cum hac norma.

Quid est Lex naturæ?

Lex naturæ propriissime est noticia Legis diuinæ, insita à Deo naturæ humanæ, vt Roman. 2. dicitur: Opus legis scriptum in cordibus eorum. Et summa legis naturæ in Decalogo comprehensa est.

Quid est Lex positiua seu humana?

LEGES POLITICÆ seu POSITI-
VÆ sunt sententiæ seu Leges probabili
ratione à Magistratibus latæ, vt sint ad-
minicula legis naturæ, videlicet deter-
minantes circumstantias aliquas, in exe-
cutione Iuris naturæ, vel sancientes ali-
quid de occasionibus seruandi ius natu-
ræ, non pugnantis cum Iure naturali aut
diuino.

QVOD EST DISCRIMEN IN-
ter Legem Dei seu Legem naturæ,
& Leges humanas?

Discrimina maxime illustria sunt hæc
quatuor.

Leges

Leges humanæ seu positivæ Magistratum sunt mutabiles, & obligant tantum certos homines, quibus latæ sunt, vel ad externam obedientiam præstandam, vel ad pœnas corporales sustinendas.

Sed Lex Dei est æterna & immota & immutabilis, & obligat omnes Angelos & Homines, vel ad perfectam obedientiam, vel ad pœnas æternas sustinendas.

C V R C E R E M O N I A E E T L E -
ges Forenses Moyfi nunc abrogatæ
sunt, cum tamen Decalogus
perpetuo retineatur?

Tota Politia Moyfi propter hanc causam præcipue a Deo constituta est, ut esset certa sedes Ecclesiæ, & certus locus, in quo Christus iuxta promissiones exhiberetur: seu, ut esset hospitium nascentis, & Schola docentis Christi: Et Ceremoniæ ac forenses Leges ideo latæ sunt, ut continerent hanc politiam, & a cæteris gentibus distinguerent, usque ad tempus exhibitæ Christi. Postquam autem exhibitus est Christus, tota politia concidit, & una cum politia etiam Ceremoniales & Leges Forenses, quæ tantum propter ipsam politi-

Rom. 10 Finit legi & obli.
Licet al. Leg. & p. B. e.

politi-

*Leges temporales et ceremoniales
abrogatae et superfluae sunt
in omnia divina debentur tantum ad salutem*

*Multa sunt in his quibus de lege
monstratur quod ab omni sunt peremptoria.*

*1. Enimvero leges
non sunt
in v. qui
non tenentur
quod 49. non
propter legem
in v. qui
propter legem
3. Apostoli
non tenentur
legem
sed in v. qui
non tenentur
legem
quod 49. non
propter legem
in v. qui
propter legem
3. Apostoli
non tenentur
legem
sed in v. qui
non tenentur
legem*

DE LEGE
politicam instituta fuerunt, extinctae sunt.

Sed Lex Moralis seu Decalogus est aeterna & immutabilis norma sapientiae & iustitiae in ipso Deo, obligans omnes creaturas rationales vel ad obedientiam, vel ad poenam. Ideo nequaquam abolita est exhibitio Christo, ut Matth. 5. dicitur: Non veni soluere Legem, sed implere.

IMPLET AUTEM CHRISTVS

Legem quatuor modis. 1.

Primum. Habendo & praestando perfectam obedientiam pro sua persona.

Secundo. Persoluendo poenam sufficientem, quam nos nostra inobedientia meriti eramus.

Tertio. Docendo & illustrando verum & genuinum intellectum Legis.

Quarto. Efficiendo in credentibus novam obedientiam cum Lege congruentem per Spiritum sanctum.

CVM LEX MORALIS SIT AETERNA & immutabilis, quomodo intelligenda sunt haec dicta, 1. Tim. 1. Iusto non est Lex posita. Rom. 6. Non estis sub Lege?

Iu-

*1. Timothee. Lex non movetur ipse. Sed dicitur in v. qui
Rom. 6. Non estis sub Lege? Iu-*

Iustificati fide in Filium Dei liberati sunt etiam à Lege Morali, quod ad maledictionem seu obligationem ad aeternas pœnas attinet. Sed tamen manet aeterna & immota obligatio ad obedientiam. Ideo enim Christus maledictionem Legis in se deriuauit, vt in natura humana obedientiam seu conformitatem cum Lege Dei instauraret.

Hinc intelligi potest, quid sit LIBERTAS CHRISTIANA, videlicet Liberatio à peccato, ab ira Dei, à maledictione Legis, à Ceremonijs & Legibus Forensibus Mosi, & à ritibus Adiaphoris extracatum scandalum. Iohan. 8. Rom. 6. 7. 8. Ephes. 2. Gal. 3. 4. 5.

QVÆ SVNT PRÆCIPVÆ SENTENTIAE legis Moralis? Seu, Quot sunt praecepta Decalogi?

Decem.

Recita.

PRIMUM

PRAECEPTVM.

Egō

→ 2. Cor. 3. Non volumus volumus
 3. 2. Cor. 3. volumus.

Ego sum Dominus Deus tuus, qui edu-
xi te de terra Aegypti. Non habebis
Deos alienos coram me, &c.

QVÆ SVNT VIRTVTES SEV BONA
opera primi Præcepti?

Omnes uirtutes oriuntur à cognitione seu à No-
ticia gubernatrice, quia ignoti nulla cupido. Ideo
& primum præceptum ab agnitione Dei orditur:
Ego sum Dominus Deus tuus: & discernit Deum ab
omnibus creaturis & commenticijs uanitatibus. Est
autem hæc cognitio uel Essentiæ diuinæ, uel uolunta-
tis patefactæ aut in lege & comminationibus, aut in
promissionibus & Euangelio. Cum Legem Dei &
comminationes cognoscimus & uera assensione am-
plectimur, oritur Timor Dei. Cum autem promissi-
onem de Christo amplectimur, oritur Fides seu fidu-
cia acquiescens in Deo, & uiuificans corda, & pari-
ens Dilectionem erga Deum & erga proximum. Ex
hoc fonte sumta est distributio Virtutum primi præ-
cepti, quas his duobus uocabulis, Timoris Dei, &
Fidei, Philippus in Locis complectitur.

Vsitatum est autem una uoce Pietatis seu Reli-
gionis omnes totius primæ tabulæ uirtutes compræ-
hendi, sed ut illustrior sit explicatio, prodest eas euol-
ui, & in plures species distribui, quarum singulæ ap-
pellationes, sæpe plures alias per Synecdochen inclu-
dunt,

dunt, Recitabimus igitur sine superstitione octo genera operum primi Præcepti. Ac studiosos hortor, ut sequentes Virtutum definitiones ediscant, & uelut normas & Regulas omnium consiliorum & actionum in omni uita sibi proponant.

VIRTUTES SEU BONA OPERA
primi Præcepti?

- I. Vera noticia Dei.
- II. Timor Dei seu Pœnitentia.
- III. Fides.
- IIII. Dilectio.
- V. Spes.
- VI. Humilitas.
- VII. Patientia.
- VIII. Perseuerentia.

I. VERA NOTICIA DEI est essentiam & voluntatem Dei in Lege & Euangelio patefactam, recte agnoscere, iuxta verbum per Prophetas & Apostolos traditum, & certis ac illustribus testimonijs miraculorum, vt educatione populi Israel ex Aegypto, resurrectione mortuorum & similibus confirmatum.

Peccata pugnantiæ sunt, Caligo & cecitas mentis ignorantis Deum, omnes falsæ opiniones de Essentia

E

tia

ria et Voluntate Dei, non congruentes cum uerbo per Prophetas & Apostolos tradito, uidelicet Ethnica, Philosophica, Turcica, Iudaica, omnes hareses, corruptele Euangelij, Blasphemica.

II. TIMOR DEI est expauescere conspectu iræ Dei aduersus peccatum, & metu iræ ac iudicij diuini vitare delicta, & se reuerenter Deo subijcere, & voluntate ac uerbo Dei omnia consilia & omnes actiones, in uita spirituali & ciuili gubernare.

Extrema sunt, Securitas, seu esse sine cura, sine timore iræ & iudicij diuini, & Superstitio trepidans timore, ubi non est timor, ut Psalm. 14. dicitur. Hoc autem nobis præstet Dei timor, ut omnes alios timores contemnamus.

*Job. 1. v. 22.
Ipsa est doctrina
tam. 1. 1. 1. 1. 1.
in quibus
in quibus*

III. FIDES est noticia omnium articulorum doctrinæ Christianæ, & assensus, quo amplectimur totam doctrinam à Deo nobis traditam, & in hac Promissionem gratuitæ reconciliationis, certo donandæ propter Christum Mediatorem, & est fiducia acquiescens in misericordia Dei propter Filium Mediatorem promissa, & certo statuens sibi ipsi peccata remitti propter Christum.

Peccata

Peccata pugnancia cum Fide
octo sunt?

1. Dubitationes Epicuræ & Academicæ, de Deo, de prouidentia, & certitudine doctrinæ per Christum & Apostolos traditæ.
2. Diffidentia erga Deum.
3. Dubitare de remissione peccatorum, an simus in Gratia Dei, an Deo placeamus.
4. Desperatio.
5. Constantia seu præsumptio.
6. Fiducia humanorum auxiliorum.
7. Superstitio.
8. Magia.

IIII. DILECTIO DEI est ardens incendium amoris, quo mens & voluntas, agnita Dilectione Dei erga nos, quam misso filio declarauit, uicissim Deum complectitur, & sese Deo subijcit & seruat omnia mandata Dei cum quadam læticia acquiescente in Deo. Vel dilectio est obedientia vniuersalis iuxta totam Legem, ut dicitur Rom. 13. Dilectio est impletio Legis.

Peccata pugnancia sunt omnes prauæ inclinationes. Odium Dei. Stupor nostrorum pectorum non sentiens arden tes flammæ dilectionis, denig; omnium cæterarum uirtutum extrema.

V. SPES est certa expectatio vitæ æternæ, iuxta promissionem in Euangelio expressam, & est expectatio mitigationis calamitatum in hac vita, iuxta consilium Dei.

Extrema Fidei & Spei sunt, Desperatio & Præsumptio.

VI. HUMILITAS seu ταπεινότης est virtus, qua in timore Dei agnoscetes propriam infirmitatem, non superbimus, sed vero corde nos Deo, & in officijs nostræ vocationis, fiducia auxilij diuini obcundis, & præstanda in pœnis & ærumnis obedientiâ, & exhibendo alijs honore debito, subijcimus.

Extrema sunt Ficta seu simulata humilitas, & SUPERBIA, Quæ est sine timore Dei, & sine agnitione infirmitatis propriæ sese admirari & magnificere, propter certas dotes & propria sapientia, aut viribus confidere, & alios despicere, & cum accidunt aduersa Irasci Deo tanquam iniuste punienti.

VII. PATIENTIA est virtus, quæ in doloribus & ærumnis moderate & placide ferendis reuerenter se voluntati Dei subijcit, nec inconcessa auxilia quærit, sed fides statuit Deum sibi propitium esse, & petit & expectat auxilium Dei, mitigation-

tigationem ac liberationem, & hac fide & spe dolorem lenit, & pacem ac laticiam in corde sentit.

Partes Christianæ patientiæ sunt, Timor Dei & Fides.

Extrema sunt Impatientia, & Hypocritica tolerantia cruciatuum sponte accersitorum, ut in flagellis, Eremitis & similibus.

VIII. PERSEVERANTIA est in vera agnitione Dei, & fide in Christum constanter & perpetuo usq; ad extremum vitæ spiritum permanere.

Extrema sunt, Defectio à Fide, & Pertinacia in opinionibus impijs, aut superstitionis cultibus.

Extrema communia, seu peccata pugnantia cum tota prima tabula sunt:

Epicureus ac Cyclopicus contemptus Dei.

IDOLOLATRIA, quæ est vel fingere, aliquid esse Deum, quod non est Deus: vel honorem Deo proprie debitum tribuere cuicunque rei, quæ non est Deus: vel alligare Deum ad aliquam rem, ad quam se ipse non alligauit suo verbo: vel eligere & instituere cultus sine verbo ac mandato Dei, & confidere

his cultibus, quod propter eos Deus nobis propicius sit & beneficiat.

HYPOCRISIS est simulatio pietatis, iusticiæ & sanctitatis externæ, cum tamen cor sit sine vero Timore Dei & sine Fide, plenum dubitationibus, pravis inclinationibus & affectibus, superbia, admiratione sui, &c.

SCANDALVM est aut falsa doctrina, aut malum exemplum, quod gloria Dei & saluti aliorum hominum nocet, vel quia seducit alios, vel quia deterret alios ab Euangelio, vel quia præbet occasionem maledicendi Euangelio & Ecclesiæ, vel quia alios ad imitationem inuitat, vel quia ferit alia plura peccata.

SECUNDVM PRAECEPTVM.

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.

VIRTUTES SEV BONA OPERA
Secundi præcepti?

I,VERA

I. Vera inuocatio Dei.

II. Gratiarum actio.

III. Vera praedicatio.

IIII. Confessio.

V. Iusiurandum.

I. VERA INVOCATIO Dei est motus cordis & linguae, qui à vero Deo patefacto in promissione Euangelij & misso Filio, petit & expectat bona aeterna & corporalia, & repugnans dubitationi certò statum à Deo recipi & exaudiri preces, iuxta ipsius promissiones propter Christum Mediatorem. *1. 5. 12.*

Extrema sunt, Omisio inuocationis, frigida & oscitans precatio, qualis est omnium nostrum, Et omnes falsae Inuocationes Ethnicae, Turcicae, Papistica inuocatio hominum mortuorum.

II. GRATIARVM ACTIO est mente & voce confiteri, quod bona spiritualia & corporalia non casu offerantur, nec nostra sapientia & viribus tantum parentur & conseruentur, sed quod Deus vere omnium beneficiorum autor sit, & propterea vero corde se ei subijcere & obedire, ut Deus gloria ornatur, & plures ad veram agnitionem & inuocationem Dei inuitentur.

*Extrema sunt, Ingratitudo & Simulata Grati-
tudo, qualis est Pharisei, Luca 18.*

III. VERA PRÆDICATIO est do-
ctrinam à Deo traditam, Legem & Euan-
gelion, vel in publico ministerio, vel ali-
bi, pro suo loco & vocatione, rectè & pu-
rè docere, & corruptelas dextrè refuta-
re.

*Extrema sunt, Corruptela doctrine, Hæreses,
Negligentia in docendo, Curiositas in tractandis ma-
terijs non necessarijs.*

IIII. CONFESSIO est veram de Deo
doctrinam constanter profiteri, nec abij-
cere eam propter terrores, odia, suppli-
cia, vel gratiam potentum, propter hunc
finem, vt Deo obtemperetur, & ne vera
Dei noticia in terris extinguatur.

*Extrema sunt, Defectio ab Euangelio, & Perti-
nacia in causis impijs.*

V. IVSIVRANDVM est inuocatio ve-
ri Dei, qua petitur, vt sit testis, nos vera
dicere, & seuerè puniat mentientes.

*Extrema sunt, Periuria & superstitiosa obser-
uatio impiorum iuramentorum.*

TERTIVM PRAECEPTVM.

Memen-

Memento vt diem Sabbati sanctifi-
ces.

QVÆ SVNT BONA OPERA
in tertio præcepto man-
data?

- I. SANCTIFICATIO Sabbati seu con-
servatio ministerij Evangelij.
- II. Fidelitas ministrorum seu docentium.
- III. Diligentia auditorum.
- IIII. Reuerentia & obedientia erga ministros.
- V. Liberalitas benigne contribuens ad conser-
uationem ministerij.
- VI. Pia observatio Ceremoniarum in Ecclesia.

I. SANCTIFICATIO SABBATI est prælucente vero timore Dei & fide, diem ministerio docendi & administrandi ceremonias diuinitus institutas destinatum, non prophanis, sed sanctis operibus, hoc est, docendæ & discendæ veræ de Deo doctrinæ, publicæ precationi, gratiarum actioni, vsui Sacramentorum, & c. tribuere; nec in otium prorsus iners & ignauum, nec in corporis labores, aliosue prophanos vsus à ministerio abducentes collocare.

Huius cognata virtus est CONSER-
E 5 VATIO

VATIO MINISTERII EVANGELICI, quod est officium prædicandi in publico Ecclesiæ cœtu verbum Dei, & legitime administrandi Sacramenta, institutum à Deo, vt per illud veram sui agnitionem, fidem, inuocationem, & cæteras virtutes ipsi placentes accendat, & omnia beneficia Christi ac æternam salutem Euangelio credentibus impertiat.

Peccatum pugnans cum tertio præceptum est prophanatio Sabbati, uel per neglectionem & contemtionem Ministerij uel supersticiosam obseruationem Sabbati Iudaicam, aut transformationem ministerij in Regnum Mundanum.

II. FIDELITAS Docentium est virtus, qua ministri Ecclesiæ, conscij sibi mediocris peritiæ doctrinæ Christianæ officia fidi dispensatoris mysteriorum Dei omnia, in docendo, arguendo, consolando, exhortando, & veræ pietatis ac omnium virtutum exemplo auditoribus præluendo, diligenter & sedulo obeunt, & constanter tuentur.

Extrema sunt infidelitas uel ignara doctrina, uel negligens in officio, uel nimia anxietate seu cogitatione propriæ imbecillitatis deserere ministerium.

III. DI-

III. DILIGENTIA Auditorum in audienda & discenda doctrina, & crebro usu Sacramentorum.

Extrema communia sunt. Negligentia & Contemptus doctrinae Sacramentorum: & Superstitio.

IIII. REVERENTIA ET OBEDIENTIA erga Ministros, in his quae ad Ministerium pertinent, & cum proponunt praecepta Dei, annunciant consolationem Euangelij, adhortantur ad bona opera, excommunicant contumaces, Luca 10. Qui vos audit me audit. Ebrae. 13. Obedite praepositis vestris & obtemperate. Ipsi enim vigilant pro animabus vestris, ut cum gaudio & non gementes officium suum faciant.

Extrema sunt contemptus & contumacia adversus ministros, & simulatio arte premeus ministerium. Et impia obedientia in corruptellis doctrinae aut traditionibus impijs.

V. Contributio ad conseruationem ministerij Euangelici, & alendos docentes in Templis & scholis, sicut Israelitae quotannis viritim didrachmon, & primitias, decimas, primogenita, partes victimarum &c. Ministris Ecclesiae sustentandis conferebant, & in nouo Testamen-

to

to Dominus ordinavit, ut qui Evangelio annunciant, ex Evangelio vivant.

Extrema sunt, Nihil constare, sed potius rapere bona Ministris Ecclesie ab alijs attributa, ut multi Principes, nobiles & rustici Evangelici faciunt: aut profundere opes in Epicurea aut Idolatrica collegia Canonicorum vel Monachorum.

VI. PIA OBSERVATIO CEREMONIARVM, quæ institutæ sunt, ut per eas innotescat alijs doctrina de Deo, & sint signa Ecclesie, & nervi publicorum congressuum, ut omnia in ijs decenter & ordine gerantur.

Extrema sunt, Impietas contemnens omnes ceremonias publicas: & superstitiosa observatio impiorum rituum.

QVID DE CEREMONIIS IN Ecclesia sentiendum est?

CEREMONIÆ in genere sunt gestus seu actiones externæ incurrentes in oculos vel alios sensus, & ordinatæ ad certos fines.

Suntq; aliæ divinæ, seu à Deo mandatæ, vel in veteri Testamento, ut circumcisio & sacrificia Mosai-
ca, quæ fuerunt signa promissionis & Typi beneficiorum Christi & notæ veræ Ecclesie, & vincula ac nervi publici ministerij: vel in nouo Testamento, ut Baptismus & Cœna Domini, quorum fines infra recitabimus.

Aliæ

Aliae ab hominibus in Ecclesia Dei institutae, quas Paulus traditiones humanas nominat, quae uel palam pugnant & prohibita sunt uerbo Dei, ut inuocationes & cultus statuarum & hominum mortuorum, Missae pro defunctis, Indulgentiae, &c. uel sunt ADIAPHORÆ, quas Deus in specie nec praecepit nec prohibuit, & quas sua natura liberum est seruare aut non seruare: Harum aliae sunt utiles ad bonam ordinem & disciplinam seu paedagogiam rudiorum, & ad tranquillitatem et dignitatem publicorum congressuum ornandam: ut ordinatio temporum, locorum, lectionum, precum, Canticorum, Catechesis seu Examen rudiorum, Ritus publicae ordinationis cum impositione manuum, Ritus copulationis sponsi & sponsae, deductiones funerum, cum pijs canticis, &c. Aliae sunt ludicae uel etiam palam superstitiosae, ut ridiculae gestulationes sacrificulorum in sacris, processiones cum statu, circumductio asini in die palmarum. Depositio crucis in sepulcrum & excubiae, uestitus & rasura Monachorum, &c.

Hos ritus, etsi propter infirmos & dociles, aliquantisper una seruare licet, ne subita aut intempestiua abrogatione ueterum rituum, quibus assueuerunt, ab Euangelio deterreantur. Rom. 14. Tamen nec his ludicris, nec ritibus re uera adiaphoris assuenda est opinio, quod sint iusticia coram Deo, aut cultus Dei per sese,

*se, aut necessarij ad salutem, aut opera meliora quam
ea, quæ Deus in Decalogo præcipit.*

Cum præcepta Decalogi sint æterna
& immota, cur Lex de observa-
tione Sabbati à Christianis
abrogata est?

LEX de Sabbato partim Moralis est,
quod ad genus, hoc est, ad conservatio-
nem publici ministerij attinet: partim
Ceremonialis, scilicet quatenus ritum
septimi diei præcipit, qui vna cum cæte-
ris ceremonijs Mosaicis abrogatus, & in
locum eius prima dies hebdomadæ substi-
tuta est, qua Christus Dominus ex morte
resurrexit.

Q V A R T V M P R A E C E P T V M.

Honora patrem & matrem.

Quid est Honor?

HONOR est comprobatio alterius,
tribuens ei præstantiam propter diui-
num aliquod bonum, & propterea reue-
renter se ei subiiciens.

Quæ

Quæ sunt virtutes seu bona opera Quarti præcepti?

- I. Pietas seu philostorgia.
- II. Iusticia uniuersalis seu obedientia erga leges.
- III. Iusticia distributiuæ.
- IIII. Sedulitas.
- V. Gratitude.
- VI. Reuerentia.

I. PIETAS seu PHILOSTORGIA est virtus, quæ parentibus & liberis, & cæteris sanguine iunctis, tribuit conuenientem honorem, & debita officia.

Peccata pugnantiæ cum pietate sunt Astorgia, Indulgentia & Impietas.

II. IUSTICIA VNIVERSALIS est obedientia erga omnes Leges & magistratus in societate politica, quæ honestis legibus regitur.

Quid est Politia?

POLITIA est legitima ordinatio ceteri cœtus hominum honestis legibus cum norma legis naturæ congruentibus consociati, in quo per certos magistratus legibus ordinatos, iuxta certas leges, retinetur disciplina & pax, propter hunc finem principalem, vt in pace ciues sint quam

quam beatissimi & quam maxime inter se amici, hoc est, vt doceri homines de Deo, & educari ac institui soboles, honeste regi disciplina, & Colligi Deo aterna Ecclesia possit.

Quid est Magistratus?

MAGISTRATVS est gubernator Dei ordinatione constitutus, vt sit nutritius Ecclesiæ Dei & Scholarum, & sit custos disciplinæ ac pacis, iuxta leges naturæ & congruentes leges, & sit executor legum, puniēns pœnis corporalibus contumaces, & defendens contra iniustam violentiam obedientes.

Extrema iusticia sunt, Inobedientia seu contumacia, seu contemptus superiorum Magistratum & Legum, Seditio & superstitiosa observatio quarumlibet legum.

III. IVSTICIA DISTRIBVTIVA est, quæ proportionē Geometrica discernit gradus personarum & officiorum in vita, & singulis convenientem locum & honorem & conueniens munus attribuit.

Extrema sunt, Confusio graduum, Tyrannus.

IIII. SEDVLITAS est Iusticia, suos cuiq; labores attribuens, & inclinans voluntatem, vt diligenter, fideliter & constanter

stanter, propter Deum & communem salutem, faciat labores vocationi conuenientes.

Extrema sunt Ignauia, & πολυπραγμοσύνη seu curiositas.

V. REVERENTIA est virtus, qua tribuimus alijs suum locum, & dona Dei in alijs agnoscimus & magnificamus, & agnoscentes nostram infirmitatem nos eis subiicimus, & hanc subiectionem externis significationibus declaramus.

Extrema sunt, Superbia contemnens alios, & assentatio.

VI. GRATITVDO est Iusticia, quæ benemeritis debitam gratiam, cum animi beneuolentia, tum alijs officijs, reddit.

Extrema sunt, Ingratitudo, & simulatio gratitudinis, quæ fit uerbis inanibus.

QVINTVM PRAECEPTVM.

Non occides.

Virtutes seu bona opera quinti præcepti.

F

I. Iusti.

- I. Iusticia particularis.
- II. Iusticia puniens scelera.
- III. Fortitudo bellica.
- IIII. Fortitudo togata.
- V. Patientia Philosophica.
- VI. Mansuetudo.
- VII. ΕΠΙΕΙΚΕΙΑ.
- VIII. Misericordia.
- IX. Candor.
- X. Amicitia.
- XI. Fidelitas.
- XII. Studium concordie.
- XIII. Humanitas.
- XIIII. Nemesis.

I. IUSTICIA Particularis est virtus, quæ nullius corpori, famæ, vel bonis nocet, vi, aut fraude, sed debitum cuiq; reddit, & servat æqualitatem.

Peccata opposita sunt, INIVRIA, quæ est, uel vi, uel desertione, uel fraude, alterius corpus, famam, uel bona, ledere sine iusta causa.

PETVLANTIA, quæ sine ulla causa alios contumelia afficit, & pro delectamento habet alijs damnum dare, uel quoslibet contumelia afficere.

NEQVITIA est affectata leuitas, siue cum aliorum iniurijs, siue cum libidinibus coniuncta, siue gratis ludens.

Excessus

Excessus est Summum ius seu calumniosum.

II. IUSTITIA Distributiva in Magistratibus, afficiens sceleratos poenis.

Extrema sunt, Crudelitas & indulgentia.

III. FORTITUDO est virtus, propugnatrix Iustitiæ, suscipiens pericula & labores pro defensione Ecclesiæ patriæ, honestæ disciplinæ, coniugum, liberorum, &c. Et non abijciens animum in rebus aduersis, nec efferens animum in rebus secundis.

Extrema sunt, Timiditas deferens eos, quibus debetur defensio, & Temeritas accersens pericula non necessaria, & non depellens ea recta ratione.

IIII. FORTITUDO Togata, est constantia animi perseverantis in proposito honesto recte suscepto iuxta vocationem, & tolerantis iniurias propter honestam causam, & excelsio animo despicientis, voluptates, honores, corruptelas, opes, obreftationem, invidiam, virtutis causa, ita videlicet, ut propter hæc impedimenta propositum honestum non abijciat.

Extrema sunt, Mollities animi, iniusta pertinacia, & Stoica Morositas.

V. Vicina virtus est PATIENTIA Philosopho

Iosophica, quæ obedit rationi in tolerandis iniurijs & omnibus rebus aduersis, & moderatur dolorem, ne opprimat naturam, & ne impellat, vt contra iusticiam, constantiam, modestiam, vel alias virtutes faciat.

Extrema sunt, Impatientia, & Stupor.

VI. MANSVETVDO est virtus, quæ moderatur iracundiam & vindictæ cupiditatem, remittit offensiones, & condonat etiam veras iniurias, publicæ concordie causa.

Extrema sunt, Iracundia, Odium, & Lentas.

VII. Vicina & serè prorsus eadem virtus est ΕΠΙΒΙΚΕΙΑ seu ÆQVITAS, quæ in persequendis iniurijs remittit aliquid de summo iure, & tolerat in alijs multas infirmitates, vt morositatem, iracundiam, segnitiam, πολυπραγμοσύνην, auiditatem gloriæ, &c. publicæ concordie causa, & ambiguè facta non calumniose in deteriorem partem rapit.

VIII. Vicina priori MISERICORDIA est virtus, quæ dolore afficitur in aliena calamitate, præsertim bonorum vel seductorum hominum, & probabili ratione lenit pœnas, & opitulatur miseris, Vel
propter

propter iusticiam, vt cum sauitur erga innocentes, Vel propter bonitatem relaxantem aliquid de summo iure, vt Deus miseretur generis humani, Vel quia nobis quoq; in communi sorte aliorum misericordia opus est.

Extrema sunt, Crudelitas uel Ασογγία: non affici sensu alienæ calamitatis, ἐπιχολογενανία, Indulgentia, non punire cum est puniendum, aut non est ignoscendum.

IX. CANDOR est virtus volens bonis bene esse, & lætans eorum rebus secundis, & approbans alienas voluntates probabili ratione, quædam etiam ambigua flectens in meliorem partem.

*Extrema sunt, Maluolentia, Suspiciuitas, Li-
uor, & stulta credulitas.*

X. AMICITIA est virtus pro vera beneuolentia reddens veram beneuolentiam, & pariens mutuam communicationem officiorum & rerum liberalem, virtutis causa.

Extrema sunt, Inimicitia, Odium, simulatio beneuolentie.

XI. FIDELITAS est constantia voluntatis in vera beneuolentia & omnibus officijs amicitiae debitis.

Extrema sunt, Persidia & Assentatio.

XII. **STVDIVM** concordiae seu φιλονομία est virtus, quae humiliter de se sentiens, & frenans ac moderans iracundiam, & tolerans aliorum infirmitates, & condonans etiam veras iniurias, tuetur concordiam, & cauet ne pugnet de vlla re non valde necessaria, ne publica tranquillitas Ecclesiae & Reip. turbetur.

Extrema sunt, Χαλωενία & Lenitas.

XIII. **HUMANITAS** est copulatio iustitiae cum virtutibus mitioribus & suavioribus, cum comitate, mansuetudine, ἑπιμακεία, affabilitate, &c.

Extrema sunt, Morositas, non ostendens ullam significationem benevolentiae erga alios, & Leuitas.

XIIII. **NEMESIS** vel **ZELVS** est indignatio aduersus turpitudinem, seu iustus dolor propter admissum ab alio scelus, & cupiditas depellendi illud ac puniendi.

S E X T V M

PRAECEPTVM.

Non

Non mœchaberis.

Virtutes Sexti præcepti?

- I. *Castitas.*
- II. *Verecundia.*
- III. *Temperantia.*

I. CASTITAS seu Pudicitia, est virtus retinens mundiciem animi & corporis cum voluntate Dei congruentem, & vitans omnes libidines à Deo prohibitas.

CASTITAS vitæ cœlibis est mundicies animi & corporis sine commixtione & contaminatione corporum, & sine vlllo seminis abusu.

CASTITAS CONIUGALIS est corpus suum vni coniugi castum & sanctum seruare, seu leges coniugij diuinitus institutas reuerenter tueri.

Est autem CONIUGIVM legitima & indissolubilis coniunctio vnius maris & vnius fœminæ, instituta diuinitus, vt agnoscamus Deum esse mentem castam, & ei in castitate seruiamus, & hoc modo propagato genere humano colligatur æterna Ecclesia Deo.

Extrema sunt, Vituperationes & prohibitiones coniugij & sexus muliebri, Vagæ libidines & fornicationes, Adulteria, Diuortia uulgaria, incendia libidinum, omnes effusiones seminis extra coniugium, stimulatæ Castitas.

II. VERECUNDIA seu pudor est virtus, quæ veretur veram infamiam semper comitantem delicta, & metu iudicij diuini & propriæ conscientiæ, & aliorum recte iudicantium, coercet omnes cupiditates & vitat delicta, & gestus animorum ac corporum ita regit, vt conueniant ordini naturæ, personarum & locorum.

Extrema sunt, IMPVDENTIA, quæ est contemnere Dei & omnium hominum iudicia, & sine respectu iudicij conscientiæ propriæ & aliorum sanorum, omnibus cupiditatibus frenos laxare.

Stupor δυσωπία, nimia uerecundia.

Lasciua, quæ est pronitas ad uarios ludos et uarias uoluptates sine cupiditate nocendi.

Proteruitas est pronitas ad prauas uoluptates, & ad contumelias faciendas.

III. TEMPERANTIA est virtus, quæ moderatur appetitiones cibi & potus, ita vt nec precationem nec somnum impediunt.

Extrema sunt, Voracitas, Ebrietas, & nimia Abstinentia.

SEPTI-

SEPTIMUM

PRAECEPTVM.

Non furtum facies.

Virtutes seu bona opera Septimi praecepti.

- I. Iusta possessio & bonus usus propriarum rerum.
- II. Iusticia commutativa.
- III. Beneficentia seu liberalitas.
- IIII. Hospitalitas.
- V. Frugalitas seu Parsimonia.
- VI. Αὐτάρκεια.

I. IVSTA Possessio & bonus usus propriarum facultatum est virtus, quæ in timore Dei & fide ac bona conscientia tenet proprias facultates, & agnoscens eas à Deo dari & custodiri, sedulo studet eas honestis rationibus augere, & ad usus à Deo ordinatos conferre.

Pugnantia sunt, omnia iniusta aucupia opum, Superstitiosa collatio facultatum in commune, furtum, &c.

II. IVSTICIA Commutativa est virtus,

F 5

tus,

tus, quæ in contractibus seu commutatione rerum seruat æqualitatem Arithmeticam.

Pugnant cum hac uirtute omnes fraudes in contractibus.

III. BENEFICENTIA seu liberalitas est uirtus, quæ communicat facultates & operas non debitas obligatione ciuili, sed naturali seu diuina, ubi & quando decet, & mediocritatem efficit inter profusionem & sordes.

IIII. HOSPITALITAS est uirtus uicina Beneficentiæ, qua Peregrinos & Hospites, ac præcipuè propter ueræ doctrinæ professionem exulantes, uera beneuolentiâ & omnibus officijs hospitalibus complectimur.

V. PARSIMONIA est uirtus, quæ res proprias custodit, uiliter collocat, uitæ sumptus non necessarios, emacitates, luxum, ædificationes, & tamen ubi ratio postulat, expendit quantum opus est.

Extrema sunt, Auantia, Sordes, & profusio.

VI. AVTARKEIA est uirtus, uicina parsimoniæ, quæ contenta est præsentibus bonis, & placide fert paupertatem & alia incommoda, nec appetit aliena bona.

bona, nec frangitur inopia, vt contra pietatem Deo debitam, vel alias virtutes faciat.

OCTAVVM

PRAECEPTVM.

Non loqueris falsum testimonium contra proximum tuum.

VIRTUTES SEV BONA OPERA
Octavi praecepti.

- I. Veritas.
- II. Simplicitas.
- III. Constantia.
- IIII. Modestia & Gravitas.
- V. Appetitio Glorix.
- VI. Taciturnitas.
- VII. Eloquentia.
- VIII. Docilitas.
- IX. Comitas.
- X. Urbanitas.

I. VERITAS est virtus, quæ inclinât voluntatem, vt veras sententias, hoc est, cum rebus quales sunt congruentes, in doctrina de DEO & alijs artibus amemus.

bona, nec frangitur inopia, vt contra pietatem Deo debitam, vel alias virtutes faciat.

OCTAVVM

PRAECEPTVM.

Non loqueris falsum testimonium contra proximum tuum.

VIRTUTES SEV BONA OPERA
Octavi praecepti.

- I. Veritas.
- II. Simplicitas.
- III. Constantia.
- IIII. Modestia & Gravitas.
- V. Appetitio Glorix.
- VI. Taciturnitas.
- VII. Eloquentia.
- VIII. Docilitas.
- IX. Comitas.
- X. Urbanitas.

I. VERITAS est virtus, quæ inclinât voluntatem, vt veras sententias, hoc est, cum rebus quales sunt congruentes, in doctrina de DEO & alijs artibus amemus.

mus, & vera, recta, explicata & salutaria
constanter dicamus & faciamus, & in mo-
ribus fugiamus insidiosas occultationes
& simulationes.

Objecta sunt.

- I. Doctrina de Deo, natura rerum, moribus, &c.
- II. Iudicia, uidelicet, Accusationes, Defensiones,
Testimonia, Sententiæ iudicum.
- III. Pacta seu promissiones omnes in foederibus
& contractibus, emtionibus, uenditionibus.
- IIII. Consilia in gubernatione & priuata uita.
- V. Sermones de aliorum uirtutibus & turpitu-
dine, seu laudes & uituperationes.
- VI. Significatio nostræ uoluntatis erga alios, in
sermonibus, gestibus, &c.

Peccata pugnantia cum Veritate, sunt omnia
MENDACIA, id est omnes opiniones, sermones
& gestus non congruentes cum rebus ipsis, & nocen-
tes uel ipsi mendaci, uel alijs, & tota Sophistica, que
falsas opiniones & malas causas fucosis pretextibus
inuenit.

- I. Hereses & studium discendi, docendi, aut de-
fendendi falsas opiniones, uel inutiles & non necessa-
rias subtilitates in omnibus doctrinis.
- II. Calumniæ forenses omnes, in accusationibus,
testimonijs, sententijs iudicum.
- III. Perfidia in non seruandis promissis, & foede-
ribus,

ribus, ac amicitijs, periuria, & fraudes in contractibus.

IIII. *Perfidia & Ironia in dandis consilijs.*

V. *Obtrectatio, Maledicentia, Vanitas, Inconstantia.*

VI. *Omnis hypocrisis seu simulatio in moribus & gestibus.*

II. **SIMPLICITAS** est perspicua & aperta veritas, sine inuolucris & ambagibus. Seu est vera, recta, & explicata, in artibus & in communi vita, proprie & perspicue dicere & facere.

Extrema sunt, Duplicitas, Fuci, Ambages in doctrina & moribus. Et simulatione simplicitatis alteri insidiari & nocere.

III. **CONSTANTIA & GRAVITAS** est perseuerantia in Veritate & Iusticia : & gubernatio omnium actionum & gestuum, cum norma rectae rationis congruens.

Extrema sunt, Leuitas & Morositas.

IIII. **MODESTIA** est virtus, quae frenat nos, ne in opinione de nobis, aut sermone, plus nobis tribuamus, quam nostrae imbecillitati conuenit, nec in actionibus supra nostras vires nos efferamus, aut extra vocationem aliquid suscipiamus, nec despiciamus alios : sed in timore Dei & fide

fide diligenter faciamus officia vocatio-
nis, & in gestibus non discedamus à na-
tura personarum ac locorum ordine.

Extrema sunt, ARROGANTIA, Quæ in
opinionem plus sibi tribuit quam adest. IACTAN-
TIA. Quæ verbis immodicè & falso de se prædicat.
AMBITIO, quæ tentatis actionibus non necessa-
rijs aut iniustis extra uocationem, alijs antecellere
querit, & nimia modestia seu stupor, præterea inci-
uitas morum, Scurrilitas in gestu et uestitu, obscœni-
tas & Impudentia.

V. APPETITIO veræ GLORIÆ est
virtus, quæ opus suum probans, seu con-
silia & actiones vitæ omnes ad normam
voluntatis diuinæ gubernans, & voca-
tionis officia diuinitus mandata fideliter
& sedulo faciens, studet consequi appro-
bationem Dei & propriæ conscientie
rectè iudicantis, & aliorum bonorum ac
rectè iudicantium comprobationem.

Extrema sunt, Leuitas ac Impudentia & Ama-
bitio.

VI. DOCILITAS est virtus, quæ fle-
ctit animos, ne arroganter de se sentiant,
sed vt alios audiant, discant, & veris sen-
tentijs assentiantur.

Extrema sunt, Pertinacia & Academica ἐπὶ τοῦ
sciri

seu *Leuitas* semper & omnia discens, & nunquam ad agnitionem ueritatis perueniens.

VII. TACITVRNITAS seu ratione tacere.

Extrema sunt, *Garrulitas*, *Futilitas*, & *disimulatio* eorum, qui tacent tunc quoque, cum mandatum Dei praecipit confessionem.

VIII. ELOQVENTIA est virtus, quae mentem & linguam regit, ut Deo grata & hominibus salutaria, perspicue & ornate dicat.

Extrema sunt, Omnes abusus facultatis loquendi.

IX. COMITAS seu AFFABILITAS est virtus inclinans nos, ut in loquendo, in audiendo, in respondendo, & officiis praestandis, in vultu & gestibus, quadam suauitate benevolentiam nostram erga alios declaermus.

Extrema sunt, *Leuitas* & *morositas* fastidiose audiens alios, duriter respondens, & difficulter officia praestans, nec ullam suauitatis & benevolentiae significationem erga alium ostendens.

X. VRBANITAS est ornamentum veritatis, qua iocose vel figurate, vel falsedictis tempestiue & honeste alij admonentur, aut leniuntur, aut etiam in loco irritantur.

Extrema

Extrema sunt, Scurrilitas, quæ locos obscenos
 & contumeliosos spargit, & gestu uel mordaci dicto
 petulanter reprehendit, & Stoliditas ac insulitas.

NONVM ET DECIMVM PRAECEPTVM.

Non concupisces, &c-

In IX. ET X. præcepto præcipitur
 Rectitudo omnium virium hominis con-
 gruens ad normam legis, vel conformi-
 tas cum lege Dei, seu congruentia, seu
 conuenientia, seu similitudo totius natu-
 ræ humanæ, hoc est, mentis, voluntatis,
 cordis omnium virium & membrorum
 externorum, quæ cum norma mentis di-
 uinæ in Lege expressæ, perfecte congrue-
 re debebant. In summa, Est iusticia ori-
 ginalis seu imago Dei, ad quam homo
 conditus est.

Peccatum pugnans cum IX. ET X.
 Præcepto est ~~CONCUPISCENTIA~~,
 quæ est & ~~ra~~ *ra* ~~fi~~ *fi*, seu corruptio omnium vi-
 rium hominis, videlicet in mente cæci-
 tas, caligo & dubitationes de Deo. In vo-
 luntate

luntate & corde auersio à Deo, & vacuitas Timoris Dei, dilectionis, inuocationis, fidei. Item, prauæ inclinationes, inordinatæ appetitiones & flammæ vitiorum affectuum.

QVI SVNT VSVS LEGIS diuinæ?

3.

I. Legis noticia est testimonium, quod verè sit Deus.

II. Docet qualis sit Deus, videlicet iustus, verax, beneficus, castus, qualem Lex describit.

III. Docet ad quid condita sit natura humana, videlicet, vt Deum agnoscat, & ei iuxta legem obediat.

IIII. Ostendit peccatum, & est perpetuum iudicium Dei, accusans & damnans omnes homines, qui non confugiant ad Christum Mediatorem.

V. Est regula bonorum operum, in quibus renati suam obedientiam erga Deum exercere debent.

VI. Est norma vitæ hominum, etiam non renatorum, vt mores honesta disciplina regant.

Quid est Disciplina?

G

DISCI-

DISCIPLINA est regere externos mores, vt cum lege Dei seu recta ratione congruant, & reprimere impetus affectuum vitiosos, & vitare externa scelera, quæ Lex Dei prohibet.

PROPTER QVAS CAVSAS EXI-
git disciplinam Deus etiam à
non renatis?

Propter quinque causas.

1. Mandatum Dei, Rom. 13. Necesse est obedire, non tantum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Proinde quod bonum est facito, & habebis laudem ab eo.
2. Vt vitentur pœnæ. Nam Regula Iudicij Diuini in Ecclesia & apud Ethnicos certa & immota est: Atrociora scelera puniuntur à Deo atrocibus pœnis, vel immediate vel per Magistratus, Rom. 13. Non frustra gladium gerit, sed tibi ad vindictam, si male egeris.
3. Vt societas Ciuilis tranquilla & incolumis conseruetur.
4. Vt nostro exemplo alios ad honestatem morum & virtutum inuitemus.
5. Causa

5. Causa vſitate allegatur ex Paulo, Gal. 3. Lex pædagogus noſter fuit in Chriſtum, vt ex fide iuſtificaremur. Vt enim boni pædagogi officia tria ſunt, 1. Docere 2. Coercere diſciplina, & mores regere 3. Caſtigare delinquentem : Ita Lex primum docet nos de Deo, quod ſit, de officijs Deo debitis, de ira Dei, peccato, iuſticia, iudicio, &c. Deinde cuſtodit & concludit nos tanquam carcere, non modo frenos & vincula iniiciens vicioſis cupiditatibus & externis membris, ne pro libidine contra voluntatem Dei ruant, ſed etiam accuſans, perterrefaciens, & damnans nos propter peccatum, atq; in his terroribus & anguſtijs impellens & cogens nos conſugere ad Filium Dei redemptorem & Medicum, qui nos ex carcere legis, peccati & mortis, quo concluſi tenebamur, liberauit. Hæc propria & genuina dicti Paulini ſententia eſt, cum qua etiam vſitata accommodatio non pugnat, congruens cum dicto: Nec ſcortatores, nec Idolatræ, nec adulteri (nec vlli in violatione externa diſciplinarum pertinaciter perſeuerantes) regnum Dei poſſidebunt.

In Renatis vero disciplina seu gubernatio morum iuxta legem Dei, quæ fit prælucente in corde vera agnitione Christi & fide, est cultus Dei, & pars nouæ obedientiæ, & quidem à Spiritu sancto iuuatur & purior redditur, & præsentibus ac æternis præmijs compensatur.

QVÆ SVNT IMPEDIMENTA
Disciplinæ?

Tria præcipua.

Primum. Naturalis infirmitas seu caligo & cæcitas mentis: procliuitas voluntaris præcipitantis in motus Deo displicentes, & incendia prauorum affectuum.

II. Externæ illecebræ, praua sodalitia, exempla multitudinis vitiosa, variæ, & multiplices delictorum occasiones.

III. Impulsiones Diabolorum.

DE PROMISSIONIBVS ET
COMMINATIONIBVS AD
ditis Decalogo.

In singulis Decalogi præceptis prodest hæc quinque
questiones ordine considerari. 1. Quæ uirtutes flagitentur. 2. Quomodo fieri possint. 3. Quæ peccata prohibeantur.

prohibeantur. 4. Promissiones additæ uirtutibus 5. Comminationes poenarum, quæ certissime peccata commitantur.

Esi autem non sunt additæ singulis Præceptis promissiones & comminationes in ipso Decalogo, tamen summa comprehensa est in hac concione addita primo Præcepto: Ego sum Dominus Deus tuus, fortis Zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui odierunt me, & faciens misericordiam in millia huius, qui diligunt me & custodiunt Præcepta mea. Item Leuit. 18. Qui fecerit hæc, uiuet in eis. Rom. 10. Galat. 3. & Deut. 27. Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro Legis.

His addantur promissiones premiorum & comminationes poenarum, de uirtutibus & uitij singulorum præceptorum traditæ, quarum pleræque in Prouerbijs Salomonis & Syracidæ collectæ sunt, & passim in Prophetarum concionibus de bonorum operum præmijs & peccatorum poenæ repetuntur.

Vt autem rectè intelligantur Promissiones & Comminationes, prodest hæc sex commonefactiones in conspectu habere, quas nunc breuissimè recitabo.

PRIMO: Cum Deus sit uerax, certissimum est comminationes ipsius non inania terribilissima esse, nec promissiones inanem sonitum esse, & ideo propositas, ut quoquo modo stultos demulceant. Fir-

DE PROMISSIONIBVS

missime igitur statuamus, etiamsi sepe euentus nobis non uidentur respondere, tamen omnes diuinis promissiones & comminationes, in ea forma & sententia, qua Deus eas tradidit & interpretatus est, ueras, certas, ratas, firmas & immotas esse.

SECUNDO: Accuratissimis limitibus discernenda sunt genera promissionum. Promissio Euangelij propria, remissionem peccatorum, imputationem iusticie, Spiritum sanctum & uitam eternam omnibus credentibus GRATIS propter Christum promittit, non propter ullum nostrum meritum uel obedientiam.

Promissiones uero legales nequaquam Gratis offerunt remissionem peccatorum & uitam eternam, & alia premia spiritualia ac corporalia, sed annexam habent conditionem perfecte obedientie, tantquam causam & meritum, propter quod bona promissa sint exhibenda, ut dicitur: Qui fecerit hæc uiuet. Item, Sum misericors hīs, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.

TERTIO: Cum autem nemo præstet perfectam obedientiam, quam Lex flagitat, querunt anxie mentes, quomodo amplissime promissiones præmiorum singulis uirtutibus addite, nobis ratæ fiant, & quomodo poenæ uitari possint? Ad hanc questionem respondet Paulus. 2. Cor. 1. Omnes promissiones Dei in Christo sunt Amen, id est, ratæ ac firmæ, hoc est, ueræ.

est, uerè & certo dantur propter Christum. Item Rom. 3. Legem stabilimus per fidem. Nam fide confugientibus ad Christum datur Spiritus sanctus, qui incoat obedientiam congruentem cum Lege Dei, quæ præmijs spiritualibus & corporalibus in hac uita & æterna ordatur, ut 1. Timoth. 4. dicitur: Pietas habet promissiones præsentis & futuræ uitæ. Item Matth. 5. Merces uestra copiosa est in cælis.

Dantur autem præmia, in promissionibus oblata, eo ordine & modo, quem Christus in Euangelio præscribit. Marci 10. Recipient centuplum in hac uita, sed cum tribulatione, & post hanc uitam, uitam æternam, hoc est, præcipua præmia, & præcipua pæne differuntur in uitam æternam.

QUARTO: Discernendæ sunt promissiones in Euangelio traditæ.

Prima, summa, & maxime necessaria est PROMISSIO GRATIÆ & reconciliationis ac uitæ æternæ, seu bonorum spiritualium & æternorum, quæ Deus propter Christum certò & nominatim & sine ulla conditione & exceptione promissit se datum esse. Hæc præcipua Euangelij promissio semper rata & firma est credenti, etiam omnibus bonis corporalibus amissis. Ideoq; firmissima fide retinenda est, ut Iob 13. dicitur: Etiam si occiderit me, sperabo in eum. Item, Ideo ex fide gratis, ut firma sit promissio.

Aliæ sunt promissiones Rerum corporalium necessariorum ad huius uitæ mortalis conseruationem, ut uitæ, bonæ ualitudinis, cibi, potus, defensionis, liberationis ex morbis, carcere, exilio, bello, peste, fecunditatis agrorum & similium, quæ panis quotidiani appellatione continentur, Has quoq; tradidit Deus propter sex causas.

1. Ut agnoscamus Deum auctorem & conseruatorem esse etiam huius uitæ corporalis, nec casu spargi bona corporalia, nec nostra tantum diligentia acquiri: sed uerè à Deo dari.
2. Ut Ecclesia in hac uitâ conseruetur.
3. Ut Fides & Inuocatio, in petitione, & expectatione corporalium bonorum exerceantur.
4. Ut commonesciant nos de Christo & promissione bonorum spiritalium.
5. Ut gratitudinem nostram Deo quotidie in usu bonorum corporalium declaremus.
6. Ut bona corporalia sint adminicula nostræ uocationis & instrumenta beneficentiæ & aliarum uirtutum.

QVINTO: Hæ quoq; promissiones bonorum corporalium ueræ & ratæ sunt sicut sonant, & certo exhibentur bona sicut promissa sunt, uidelicet additis his quatuor exceptionibus.

1. Ne modus aut tempus exhibendi bona & liberationes corporales Deo à nobis præscribatur, sed
simpli

simpliciter ipsius sapientiæ & uoluntati paternæ relinquantur. Ideoq; parata sit ad obedientiam uoluntas nostra, si diutius nos exercere Deus uelit, & liberationem certo consilio differat.

II. Cum promittantur bona bonis & obedientibus, non impeditur Deus his promissionibus, quo minus impios & sceleratos seuerè puniat.

III. Cum in pijs etiam & obedientibus seu ueræ Ecclesiæ multæ sordes peccatorum reliquæ sint: certo consilio etiam Deus pios & sanctos ærumnis & crucce uult exerceri: propter duodecim causas, quæ in loco de Ecclesiâ recitabuntur.

IIII. Non sunt rapiendæ promissiones corporales nostris consilijs sine uocatione diuina, ut filij Ephraim (1. Par. 7.) inuadentes terram promissam sine uocatione interficiuntur. Abraham uero, etsi promissa ipsi erat Terra, tamen nunquam eam occupauit. Dauid, etsi promissum ipsi erat Regnum, tamen non rapuit Regnum donec uixit Saul, sed uocationem expectauit.

SEXTO, Comminationes & pœnæ, quæ immutabili ordine peccata comitantur, sancitæ sunt à Deo propter sex causas, quæ sunt:

I. Iusticia Dei, cuius norma æterna & immota est punire & destruere ac delere sceleratos.

II. Vt in pœnis conspiciamus discrimen uirtutis & uitiolorum, & agnoscamus Deum bonum, iustum & uirtutis amantem esse.

III. Ut hæc breues pœne corporales sint commotiones de æternis pœnis.

IIII. Ut pœne nos impellant ad pœnitentiam, ad uitanda peccata & emendationem uitæ.

V. Ut tranquillitas publica conseruetur.

VI. Ut exemplis horribilium pœnarum deterrent alij uitent delicta, quibus pœne attrahuntur.

Omnibus autem comminationibus pœnarum addit Deus conditionem pœnitentiæ, qua semper uel liberatio uel mitigatio calamitatum impetratur, ut Ieremie 18. dicitur: Si pœnitentiam egerit gens illa & malitia sua, contra quam loquor: agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitauit, ut facerem ei.

Q V A R T V S LOCVS.

DE PECCATO.

Quid est Peccatum?

PECCATVM est quicquid non congruit cum norma Legis diuinæ. i. Iohan. 3. ἡ ἀμαρτία ὅτι πᾶσι νόμιμα. uel, ut in Locis definitur.

Scilicet PECCATVM est defectus, vel inclinatio, vel actio pugnans cum Lege Dei, promerens iram Dei & æternas pœnas,

præsertim

nisi